



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

15 An sit aliqua causa excusans praebentem munera concubinæ iudicis,
ab illaque petentem, vt iudicem in negotio interpellet?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

An sit aliqua causa excusans præbentem munera concubinae iudicis, ab illaque petentem, vt iudicem in negotio interpellet.

- 1 Sanchez. sentit nullam esse posse causam excusantem.
- 2 Tamen si hoc consensendum sit. Probabilius censo causam excusantem adesse posse.

1 Sanchez. lib. 1. cap. 7. num. 38. existimat nullam esse posse causam has actiones excusantem, eo quod petitur a concubina, quod ipsa licite præstare non potest: non enim ipsa licite potest inuicere iudicem, illi scribere, aut intermuncium mittere, siquidem iis omnibus fouet turpem amorem, & saltè se, & iudicem periculo peccandi exponit. Item, quia videtur inordinatum turpi amore concubinae causam, & iura defendere.

2 Hæ rationes probant sanè semper ita consensendum esse. At si negotium graue sit, videatque iudicem non tibi esse propitium; spes autem intercessione concubinae gratum fore, neque alia via appareat, quo possis illum ad seruandum tuum ius insectare, credere tibi licere petere à concubina, vt in tali negotio intercedat quia non petis aliquid, quod ipsa licite præstare non possit. Nam licet illa intercessione iudex, vel concubina foueant turpem amorem, hoc tu non intendis, neque illius momenti es causa. Nam stante illa intercessione adhuc iudex, & concubina poterant à praua voluntate se continere. Ergo intercessio de se mala non est. Quòd verò media illa intercessione concubina, & iudex periculo peccandi exponantur, non obstat quominus id licite fieri possit vigente graui causa: nam, vt diximus in tract. 2. de peccat. disp. 2. p. 9. §. 3. licitum est ob grauem causam sepe periculo peccandi se exponere, quia periculum peccati in tali casu non est peccatum. Neque etiam reputari debet inordinatum, obligatione, & amore ex peccatis iam factis acquisito vt aliquando ad bonum finem, scilicet vt iustitia feruetur, & vnicuique suum ius reddatur & ita tradit Bonacina disp. 2. de peccat. quest. 4. punct. 2. §. unico, num. 24.

PUNCTVM XVI.

An opus consilij, vel præcepti ob scandalum fratris omitti debeat.

- 1 Præceptum negatiuum nunquam est omittendum.
- 2 Præcepta affirmatiua, si positua sint, plures Doctores censent ob scandalum omitti posse.
- 3 Probabilius censo nulla præcepta omittenda esse.
- 4 Fœmina non tenetur cessare à Missa præcepta, eo quòd sciat ab alio turpiter amari.
- 5 Satisfit argum. num. 3. adductis.
- 6 Opera consilij non sunt omittenda ob scandalum ex malitia, differenda tamen ob scandalum ex infirmitate.
- 7 Fœmina non debet nisi ad summum aliquoties à Missa audire, vel recreatione honesta cessare ob turpem alterius amorem.

1 Si præceptum sit negatiuum, constat ob nullam causam omitti posse eius obseruantiam, non enim potes fornicari, occidere, furari, vel aliam prauam actionem efficere ad vitandum proximi scandalum, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.

2 De præcepto affirmatiuo potest esse dubitatio, an aliquando cesset eius obligatio ob scandalum vitandum; Couarr. reg. peccatum, 1. p. à n. 4. affirmat ob scandalum cessare obseruantiam præcepti affirmatiui, & aliquando naturalis; consentit ex parte Suar. disp. 10. de scand. sect. 4. n. 9. & 10. Valent 1. 3. disp. 3. p. 4. q. 18. §. 2. Saa verbo Missa auditio n. 3. Lorea q. 4. in sum. q. 10. Fauent plures Doctores dicentes ob scandalum omitti posse integritatem confessionis. Syluest. confessio 1. q. 18. Sotus in 4. disp. 18. q. 2. art. 5. Medin. C. de Confess. q. de integritate confessionis semper seruanda Nauarr. 7. n. 3. Petr. de Soto lect. 10. de confess. Canus in relect. de poenit. p. 5.

Mouentur, quia obligatio præcepti naturalis præferenda est obligationi præcepti positui, sed obligatio vitandi scandalum est præcepti naturalis. Ergo omittenda est obligatio præcepti positui ob obseruantiam præcepti naturalis. Confitemur ex cap. duo mala, 13. disp. vbi cum duo mala occurrunt, cauetur minus esse eligendum; sed minus malum est non obseruare positua præcepta, quam naturalia. Ergo cum vitatio scandalum sit de præcepto naturali, præferenda est eius obseruatio præcepto positui. Secundò vita spiritualis proximi excellentior est corporali; sed ob vitam corporalem proximi tuendam omitti debet obseruatio præcepti positui, v. g. ieiunij, vel Missæ. Ergo etiam ob seruandam vitam spiritualem ipsius. Tertiò sæpè plura præcepta ob vitanda scandala cessant, quæ aliis obligarent. Correctio proximi cessat, si ipse correctione obstinatio futurus est, punitio delinquentis, si inde debet insurgere seditio in republica. Ergo etiam præceptum facti, vel

ieiunij poterit cessare, si inde proximus scandalizandus est. Nihilominus dicendum exitimo ob vitandum præcepti scandalum, non esse emittenda vlla præcepta. ita D. Thom. 2. 2. q. 43. a. 7. Anton. 3. p. 1. 7. c. 4. §. 5. Nauarr. sum. c. 14. n. 44. v. 7. vigesimo septimo. Valq. pluribus relatis q. 43. art. 7. d. 1. n. 4. Basil. de Leon lib. 5. de matr. c. 18. §. 2. n. 7. & sumitur ex c. quòd scandalizauerit, de reg. iur. ibi, vltius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquitur: & videtur tradi ab Innocent. III. c. cum ex iniuncto, de noui operis nunciis, circa med. operalla quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, neque ea debent pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali committi non possunt; & licet Couarr. in reg. peccatum, 1. p. n. 4. c. segg. & Suar. de charit. disp. 10. de scand. n. 9. affirmet loqui Pontificem de præceptis, quæ occurrente occasione scandali obligant: hoc tamen, vt bene dixit Valquez supra, sustineri non potest. Est enim friuola dispositio Pontificis, si affirmet ea præcepta seruanda esse occurrente scandalo, quæ re vera in ea occasione obligant, neque hoc ignorare potuit Episcopus, cui Pontifex scriberet. Voluit ergo eum intrudere de aliqua re, quæ difficultatem habere posset: ac proinde doctrinam generalem tradidit, dicens, ob scandalum non esse præcepta omittenda. Ratio autem quare occurrente scandalo præcepta non cessent, ea est, quia scandalum tunc non est datum, sed acceptum: non enim scandalum censetur dari, qui præceptum sibi impositum exequitur, executio namque præcepti neque est mala, neque speciem mali habet. Item obligatio cuiusque de vitando scandalo, est obligatio secundaria; prius enim tenetur quis propriae salutis consulere, quam alienæ, & præcepta sibi imposita adimplere, quam curare, vt alius adimplat: hoc enim est reclus ordo charitatis. Ergo non poterit præcepta sibi imposita omittere, vt alius præceptis sibi impositis satisfaciatur. Et confirmo Si Petrus, qui tibi est inimicus, mittat Missam, eo quòd tu ad illam accedis, non poteris vilo modo Missam omittere, velle Missam audiat. Ergo ob scandalum non sunt omittenda præcepta.

4 Ex quo fit feminam credentem turpiter à viro ad mari, non obinde teneri relinquere Missam de viro, quia ipsa exequendo præceptum non censetur probare occasionem peccandi, sed alium illam artipere ex sua malitia. sic Suar. som. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. §. quartum c.

5 Argumenta contraria non videntur.

Ad primum concedo gratis præceptum naturale præferendum esse positui. At nego adesse obligationem vitandi scandalum, quando adest obseruantia præcepti positui; non enim vitatio scandalum obligat semper, & pro sepe, sed quando adfuerit aliqua circumstantia, quæ illa esse sine proprio dano. Sicuti præceptum est naturale, ne proximus infametur non vt quocumque, sed abique rationabili causa. Ad confirmationem concedo ex duobus malis minus esse eligendum. At concurrente præcepto positui cessat circumstantia necessaria, vt præceptum de vitando scandalo obliget, & consequenter iam cessat comparatio.

Ad secundum fateor vitam spiritualem proximi excellentiorem esse corporalem. At quia vita spiritualis proximi propria voluntate amittitur, ideo non tenemur ob illius conseruationem omittere obseruantiam præcepti positui. Dices, etiam vita corporalis propria voluntate amitti potest, vt si quis se vellet occidere, & tamen ad impediendum huiusmodi damnum, potes, & debes. M. flæ, vel ieiunij præceptum omittere. Ergo amitti propria voluntate spiritalem vitam non obest obligationi omittendi obseruantiam præcepti positui; Respondo primò, esse per accidens propria voluntate temporalem vitam amitti, per se autem spirituale tenetur, quod alio modo amitti non potest. Secundò respondio, ad conseruandam vitam temporalem alterius obligari vitæ misericordiam, quæ primò, & per se obligat, & cum hæc obligatio maior sit & efficacior obligatione audiendi Missam vel ieiunandi, iuxta illud, Misericordiam volo, & non sacrificium, ideo anteponenda est eius obseruantia. At impedire peccatum alterius, & eius vitam spiritualem conseruare, cum non te obliget directè primò, & per se, sed secundariò, ideo non debes præceptorum obseruationem ob eius causam omittere. Non enim obligaris impedire peccatum alterius, nisi cessante ab opere, quod agitur: at nulla virtus per se obligat cessare ab operibus præceptis, vt impediat proximi peccatum, quia non est medium proportionatum.

Ad tertium nego vllum præceptum cessare præcepto vitandi scandalum; correctionis enim præceptum cessat, cum proximus obliuiscitur est futurus, quia mater illius est emendatio fratris, quæ cum non speretur, cessat obligatio; punitio enim delinquentis in bonum reipublice ordinatur. Ergo cum ex illa manus damnatum reipublice pronent, cessat eius obligatio. At obligatio audiendi Missam, v. g. non attendit an proximus inde scandalizandus sit, vel non: & ita semper obligat quocumque scandalo positio. Si autem punitus ex adimplente præcepti fuerit occidit peccandi contra iustitiam, tunc teneris abstinere à præcepto